Regnis hac est habendi publici conventus, quem ipsi Regni
Comitia appellant. Primum Rex dat literas ad
singulos Eps, Palatinos, Castellanos eos qui castel-
lani capitales appellantur, quorum quisq; Palatinatus
unum habet, nam extra Castellani qui sunt in terra
Palatinatus plures, illi Castellani Districtuales ap-
pellantur, et sunt extraordinarij, quamvis veniendi in Senatum et sententiam dicendum habent.
et ad hos quos si qui sunt qui auctoritate, opibus
aut prudentia excellet literas dare Rex consueuit
quibus scribit sibi esse in animo Regni conventum
indicere, et causas affert cur id fieri decreuerit
ac eos ipsos proponit quibus de rebus in conventu
actum sit, et rogat eorum sententias ac eos hor-
tatur ut ceteris persuadeant de rebus conventum habere
et quo in loco. Plerag. pars rem totam ad Regem
rejicit, nonnulli tamen sententiam suam ad Regem
referunt et de loco, et de tempore, et de rebus
ipsis tractandis in conventu, et aliquando etiam
a Rege ipso dissentiunt, sed hoc non nisi Palatinis